



**D. Marcus Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXVI. Et statim diluculo consilio inito, summi sacerdotes cum Senioribus & scribis ac toto consessu, uinctu[m] Iesum abduxeru[n]t tradideruntq[ue] Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tū ne ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

A Cor. 5.

sumus quod bonum est. penitentia quoque nec nobis nec alijs auctores esse poterimus, sed dei hoc opus est, qui filium suum (ut Petrus ait) nobis et penitentia et remissionis peccatorum auctorem constituit. Et fungitur quidem officio Deus diligenter. Monet priuatim et publice, casibus in soluta et prouisis excitat, in cordibus nostris accusat, et propria conscientia testimonio nos sceleris conuenit, et saepius veri confessionem extorquet, ut penitentia nobis plane opus esse sponte fateamur. Sed ergo in sceleribus pereunt, ipsi sibi interitus auctores sunt, quando fidem hanc Deicuram et beatitudinem improbe aspernantur.

Penitentia uero
in quibus
uersetur.

Videamus itaque alteram huius loci partem, quam narratur ut Petrus et galli cantu et Christi intuitu usus sit, et mox discemus, quid nos facere conueniat. Primo uerborum Domini recordamur, quae illi inter cenandum dicta fuerunt: Priusquam gallus bis cantauerit, ter me abnegabis. Non dubium est, quin illorum quoque sit recordatus, quibus poenam suam abnegatoribus ille constituit, quae supra adduximus. Quia enim simul peccatum suum agnouit, ut sequentia testatur, non potuit illorum meminisse, quae sola ipsum de peccato suo iudicare docebant. Deinde ex eo loco mox egreditur (quod Lucas et Mattheus annotauerunt) nimirum rei indignitate ita perterritus, ut nec tantum sceleris conscientiam, nec hominum consortium ferre posset, qui ipsi huius auctores fuerant. Tunc et uerborum Domini et peccati consideratione abreptus amare stetit. Occurrebant enim perculsio, quaecumque et scelus illud amplificabant, et animi dolorem augere poterant, cum et dulcissima cum Christo conuersationis meminisset, et in illo solo omnem salutem in nobis repositam esse cogitaret, quae iam indignum uidebat. Fletus ergo hic non fictus sed cum acerbissimo animi dolore commixtus, pro dolore (inquam) secundum Deum, qui (ut Paulus ait) penitentiam parit ad salutem hanc poenitentiam.

2. Cor. 7.

Quia enim in Dei bonitatem respicit per fidem in Christum, obstas simul, quod minus de peccatione absorbeantur, qui se peccatores esse uident. Et haec sane praecipua sunt, in quibus uera poenitentia consistit. Est haec conuersio à peccatis ad Deum. Ergo Dei uerbum obseruent poenitentia illorum, ut ex illo de peccatis iudicent, nec admittant carnis blanditias, quae grauisima scelera pro peccatis ducere consuevit. Illa autem nobis displicere fuga testemur, quae occasiones illorum deuotum, et quaecumque nobis ad illa adiumento fuerunt. Quae pars uita totius emendationem complectitur, et hanc singuli pro suorum delictorum ratione sibi ipsis applicare debent. Accedat his animi contritio, in fide coniuncta, quae peccata deslere quidem doceat, non autem in illis desperare sicuti Cainum et Iudam fecisse scimus, quos desperatio ad Deum conuerti prohibuit, et ipsam damnationis causam. Sunt haec probe obseruanda nostro seculo. Peccatorum enim summam esse licentiam nemo potest negare. Canunt undique galli, quando priuatim et publice nos Deus per uerbum suum, per prodigia signa ac horribiles insolitosque rerum casus admonet. Sed deploranda est huius seculi pernicitas, quae fit, ut aut penitere nescij in peccatis pergamus, aut ad creaturas potius quam ad Deum conuertamur, aut momentaneam et theatricam poenitentiam agamus, qualem Israelitis Hofeas exprimit. Non temere ergo Deus omnis generis plagas infert, quibus nos in uiam reuocet. Agnoscamus manus ipsius, et ad ipsum conuertamur, et mox nobis sese propitium dabit in Christo Iesu filio suo, cui debetur benedictio, honor, gloria et potestas in eternum. Amen.

Genes. 4.
Matth. 7.

Hof. 6.

ET statim diluculo consilio inito, summi sacerdotes cum Senioribus et scribis ac toto confessu, uinctum Iesum abduxerunt tradideruntque Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu ne es ille Rex Iudaeorum? Iste uero respondens dixit ei: Tu dicis. Et accusabant illum principes Sacerdotum de multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens: Non respondes quicquam? Ecce quam multa aduersus te testificantur. Iesus autem etiamnum nihil respondit, adeo ut miraretur Pilatus.



XPOSUIT hucusq; Marcus, quid in Sacerdotum & Seniorum confesso gestum, & Argumentum
 in illo Christus propter Veri confessionem damnatus sit. At quia Iudei tunc tempo- & usus præ-
 re Imperio subiecti ius gladij amiserant, nec illis aliquem licebat occidere, sequi-
 tur deinceps, ut illum Romano præfidi tradiderint, & ut huius sententia mori sit adiu-
 dicatus, quam in cruce eodem mox die sustinuit. In qua historia parte (ut in alijs quoq; omnibus) pri-
 mo salutis & redemptionis nostræ mysterium obseruare conuenit. Ideo enim ad prophani iudicis tri-
 bunal Christus sistitur, ut nobis suo merito ad thronum gratiæ accessum liberum faceret. Quoties Hebr. 4.
 ergo peccatorum conscientia territi, diuina iustitiæ conspectum formidamus, in Christum nos respice-
 re conuenit, qui ut terrore hoc miseris nos liberaret, coram Pilato reus sibi voluit. Deinde exemplum
 illius nobis imitandum proponamus, ne impatientia peccemus, si quid nobis simile contingat. Nam
 idem ferè omnibus in se credentibus euenturum esse, ipse monuit, ut nimirum ad Regum et præsidum
 tribunalia sue fidei & doctrinæ rationem reddere cogantur. Ibi verò fidei constantia nos armari con-
 uenit, qua hostium insidias & conatus facile vincemus. Proderit autem multam historie huius con-
 sideratio, qua & hostium Christi mores agnoscere docet, & quid nobis faciendum sit monet. Vide-
 mus igitur in præsentis loci tractatione, primò qui nam Christum Rom. præfidi adduxerint: deinde
 quales se coram illo gesserint, & de quibus ipsum accusarint. Tertio Pilatus ipse, & postremò Chri-
 stus considerandi venient.

Quoad primum caput, nominantur hæc Sacerdotes & Seniores & scribe, qui summo mane ito-
 rum collecti, consilio inuito, illum Pilato adduxerunt. Verè ergo ab adificantiibus rictus est lapis
 ille pretiosus, quem Deus anguli caput constituit. Lucas tamen totius quoq; multitudinis meminit,
 & ex contextu patet, populum summo diluculo fama capti Christi excitatum confluisse, & suam
 quoq; operam in illo deducendo contulisse sacerdotibus. Magna autem sedulitas exprimitur, quando
 summo mane conuenisse dicuntur, qui noctem totam ferè in somnem egerant, in Christo nimirum ca-
 piendo & examinando occupati. Adde industrios et indefessos in malo reddi sacan eos, qui in munerè
 sibi commissio negligentiissimi esse consueuerunt, quales istos fuisse historia Euangelica abunde docet.
 At tamen alia duo hæc concurrunt, que considerationem diligentissimam merentur.

Primum, est iniquissimum & ab omni pietate alienissimum Sacerdotum facinus. Accusarunt
 Iesum de doctrina & discipulis, imò totius controuersie status in hoc versabatur, num ipse esset Chri-
 stus, id est, promissus ille generis humani saluator, quem ipsorum patres sancta & constanti fide ex-
 spectabant, & quem tunc quoq; hij omnes venturum sperabant. Nunc verò causam hanc omnem ho-
 minis ethnici & à veri Dei cognitione alieni, imò totius generis Iudaicæ infensissimi hostis iudicio sub-
 ieiunt, & cum illo possunt conuenire, modo Christi à medio tollat. Non desunt huius generis exem-
 pla hodie. Scimus enim Euangelicæ doctrinæ professores alicubi apud Turcicos præfides à Papis
 accusatos fuisse: quod quid obsecro aliud fuit, quam fidem Christianam, que merito crucis Christi ni-
 tuitur, hostibus crucis subiicere? Taceo nunc eos, qui peregrinos milites in patria viscera accersunt,
 ut per illos veritatis doctrinam opprimant, quorum insidias merito cauere debebant. Sed eueniet il-
 lis aliquando idem quod Iudeis, qui non multò post eum urbe & tota gente in Romanorum manus
 traditi, & ab illis horribili exemplo excisi sunt, sicuti fore Christus prædixerat. Luc. 19.

Alterum est vulgi inconstantia & ingratiudo detestabilis. Qui enim Christum antea turba-
 tim secuti fuerunt, & in urbem aduentum honorifice exceperunt, ac eidem testimonium tulerunt
 publicè, nunc sacerdotum & Seniorum iniquissimam sententiam approbant, & eundem Romano
 præfidi adduci curant. Discamus igitur, nec hominum zelo confidere, nec eorundem ingratiudine
 offendi. Feruent enim ferè homines, quando Christus primum prædicatur, quia priuati commodi spe
 inflammati sibi ipsi magnifica quadam pollicentur. At ubi spes illa fallit, aut turpiter deficiunt,
 aut etiam hostes sunt aperti, & se malitiose deceptos esse conuertuntur. Typus huius leuitatis olim
 in Aegyptiaca liberatione præfuit. Cum enim hanc polliceretur Moses, inclinatis capitibus reue-
 renter promissionem illam recipiunt. Ut primum verò ad Moysi postulationem irritatus Pharaos
 feruitus in eum aggrauat, iam ad Dei tribunal ab illis citatur Moyses, ut qui consilij suis improbis
 tanti mali auctor fuerit. Et deinceps multa huius generis in deserto acciderunt, si quando periculum
 aliquod improprium, aut molestia aliqua grauior occurreret. Non ergo offendantur, qui hodie salu-

Argumentum
& usus præ-
sentis loci.

Hebr. 4.
Matt. 10.
Marc. 13.

Qui Christum
Pilato tradide-
runt.
Psalm. 118.

Causa fidei
iudici prophæ-
no subiicitur.

Vulgi inconstan-
tia & ingra-
titudi.
Marc. 11.

Exod. 4. & 5.

III.

ores esse poterimus, sed
 siones peccatorum an
 & publicè, castius
 et testimonio nos sceler
 opus esse sponte fatemur
 fidelem hanc Deorum
 Perus & galli canes
 imò verborum Demoni
 auerit, ter me argu
 abnegatoribus ille con
 sequencia restatur, non
 mt. Deinde ex eo loco
 igitur ita permissus, ut
 ipsi huius auctores per
 stent. Occurreret enim
 ere poterant, cum et d
 nobis repositam esse cog
 istimo animi dolore con
 am parit ad saluam d
 m, obstat simul, qui
 ceipua sunt, in quibus
 erbum obseruare peccat
 que grauisima sceler
 occasiones illorum de
 emendationem compl
 Accedat his animi con
 illis desperare scit
 & ijdem damnationis
 nam esse licentiam nemo
 s per verbum suum, per
 ada est huius seculi per
 as potius quam ad Deum
 calem Israelius Hos
 in viam reuocet. Arg
 ritium dabit in Christi
 men.

XV.

XXVI.

rdotes cum Senioribus
 duxerunt tradiderunt
 Rex Iudæorum: Iph
 illum principes Sacer
 gavit eum dicens: Non
 is re restituatur. Ies
 tur Pilatus.

is publicæ curam sustinent. Sunt hi mundi mores, qui beneficia maxima ingratitude & iniquitate
rependit, ut in omnium gentium historijs esse videre. Soletur verò pius, quod in celo mercedem
repositam esse sciunt, qua olim fruuntur, multis interea in hoc quoque seculo ea libertate gaudere,
quam illi suis laboribus & studio fidei ipsi acquisuerunt.

Matth. 9.

Quid coram
Pilato fecerint
sacerdotes.
Ioan. 18.

Transeamus nunc ad alterum huius loci caput, quo narratur, quales toram Pilato se exhiberent
sacerdotes: quia verò breuior est Marcus noster, aliunde petenda erunt, qua in illo descripta sunt.
Et primò memorabile est, quòd Ioannes scribit, illos noluisse prætorium ingredi, ne pollueretur
diem festum. Abhorrent autem à prætorio, tum quia ab homine ethnico inhabitabatur, tum quia
illuc agebantur cause capitales. Interim verò sanguinis innocentis effusionem non horrent, cuius a-
ctores sese constituunt: & qui hominis ethnici conversatione se pollui posse putant; interim non ve-
rentur illius opera & ministerio ad scelus infandum abuti, quo nullum nunquam à condito velle cre-
dum ipsos culicem colare, camelum verò deglutire dicit. Nec multum dissimilis est monachorum
sanctimonia, & omnium eorum, qui doctrinam ipsorum admittunt. Nefas illis videtur, si de præ-
bibito carnes aut ova comedant: interim si ex rapto partu opibus totius via a tempore volutatis
vix aliquam in se culpam agnoscunt. Similiter inexpiabile scelus est, si qui sacris ipsorum mi-
nistratus est, uxorem ducat: at aliorum uxores comprimere, & filias constiprare, illis in sepe non
videtur. Et huius generis multa possem commemorare, sed sufficiat occasio ad id, quod præ-
ter illius inuestigatione delectantur.

Matth. 23.

Arrogantiam
suam authori-
tatem urgent.

Deinde ut idem Ioannes annotavit, Pilato ad ipsos foras egresso, & accusationis capita quatuor
ei, superbe & arroganter suam auctoritatem obijciunt. Si hic (inquunt) non esset necesse, hanc potestatem
quam illum tibi tradidissimus. Impudens sanè dictum, quasi tantæ esse debeat cuiusquam auctori-
tas, ut nullo crimine comperto ad alicuius condemnationem sufficiat. Sed ritinam non vultis
fices & horum emissarij eadem insolentia vterentur, & quidem maiori cum successu, illorum enim
impudentiam Pilatus rejicit: at hodie magistratuum aliquorum tantæ est vacordia, ut casibus
ecclesiasticarum cognitionem nihil ad se pertinere putent, & proinde Pontificum legatis non vultis
suos homines permittant: quò fit, ut multi illorum artibus circumventi iniquissimi simul & credi-
bilissimè necentur. Dabunt principes isti aliquando graues penas, & Romanorum præfidum exemplo
indicabuntur, quos olim in Christianorum causis cognoscendis diligentiores & equiores fuisse
rici ecclesiastici testantur.

Accusationis
capita.

Porrò ubi sacerdotum arrogantiam Pilatus repressit, accusationem instituit, & dicit Me-
cus, quòd illum de multis accusauerim. Lucas verò accusationis capita diligentius exponit, quibus
quentes inducit: Hunc deprehendimus euerterentem gentem, & verantem tributa dare Casari, & verantem
se Christum regem esse. Ita verò trium scelerum accusant, Seductionis populi, Seditionis
Regni affectati. Et in primo quidem in illum transferunt quod ab ipsis fiebat, cum & falsis testimonijs
humanarum traditionum & sacrorum nundinatione populum totum circumuenerent, & multorum
conscientias euerterent. Secundum verò palàm falsum fuisse constat ex Christi responsis, qui de se
interrogatus, Casari dare iusserat qua Casaris sunt, et Deo que sunt Dei. Quin idem sub casu
voluit, & didrachma tam suo quam Petri nomine persoluit, & huius persoluiti more in actibus
signi nobilitauit. Similis quoque est terrij criminis ratio. Ad eò enim à regni terreni affectione ab-
nus fuit, ut ab illis se occultè subduxerit, qui ipsum regem facere constituerant, & discipulos regni
somniautes non semel reprehendit, et illos ad humilitatis studium et ad crucem ferendam exhortatus
est. Sed ne quid sceleris omittat, ex prophetijs improbe detortis ipsi calumniam struunt, & quibus
Messia regnum & regios honores tribuunt, ipse verò se Messiam esse professus et at malitiosè con-
dunt quicquid illi odium & inuidiam conciliare poterat: adeoq; ipsos prophetas simul accusat, quos
suis oraculis ipsi tale quid tentandi occasione dederint. Et horum simile sunt, qui hodie non vultis
inuidiose in calumniam rapiunt, quicquid fideles Christi ministri iuxta verbi Dei præscriptum
docent vel faciunt. At nobis hoc loco cum primis obseruandum est, que præcipua crimina sunt, quibus
& olim prophetis, & postea Apostolis obiecta sunt, & que hodie etià Evangelicæ doctrinæ ministri
obijci consueverunt. Seductionis accusantur, qui unum Christum docent, qui lux est, via & veritas

Marc. 12.
Luc. 2.
Matth. 17.
Ioan. 6.
Matth. 18. 28.
Luc. 22.

Psal. 2. 110.
Zach. 9. 9. & c.

Quia tamen religionis & doctrina controuersias ferè non magni faciunt Monarche, seditionis cri-
 men astrictè proferitur, & inuidiose admodum insimulantur, quasi sibi ipsi in ecclesiam & rem publi-
 cam ius omne vendicent, & soli omnibus dominari velint. Hec olim Moysi & Aarons Pharaon ob-
 iebat, imò ex Israelitis nonnulli, qui disciplina iugum excutere cupiebant, & primatum in populo
 Dei affectabant. Eliam quoque rex Achab turbatorem Israelis esse dixit, & eodem nomine Amos
 prophetam apud Ieroboam accusatum fuisse legimus. Quid Ieremie acciderit, omnes norunt,
 quem in super proditiōnis insimularunt aduersarij. Et Apostolos pro seditiosis & Imperij Romani
 turbatoribus habitos fuisse nemo ignorat, qui Apostolorum Acta vel obiter inspexerit. Seruiant
 exempla hac institutioni, ne clamoribus eiusmodi facile locum demus, et simul nos consolentur, si quid
 simile de nobis spargatur. Qui enim prophetarum & Apostolorum innocentiam apud posteros asse-
 ruit, nos minime negliget, quos ita filij ipsius conformes fieri oportet.

Sed Pilatum videamus, qui omnis articulis alijs, de regni affectatione quaestione mouet, di-
 cens: Tū ne es ille Rex Iudeorum? Emphasim habet particula, ILLE. Non ignorabat enim vulgo
 iactari sermones de promisso saluatore, quem plerique prophetis male intellectis regem terrenum so-
 re somniabant. Nec male agit Pilatus, quod illud interroget, cum officij sui esset seditionibus viam
 pracludere, vel iam excitatas sopire. Quae causa est, quod illi Christus amicus responderet, & se regem
 illum esse propterea ne quid tamen erret, illum de regni sui conditione instruit, ut paulo post ex Io-
 anne patebit. Ergo innocentem videns Pilatus, sua sententia ipsum absoluit. Et haec quidem
 boni viri & iusti iudicis officio est functus. Quia tamen Dei cognitione & timore destituitur, non
 persuerat, sed ut inuidiam omnem apud Iudeos declinet, ubi audiuit Galileum esse, ad Herodem
 transmittit, ne in aliena ditionis hominem aliquid temere nimis statuisse videatur. Sed & ille nihil
 supplicio dignum deprehendit, & ita duplici innocentiae testimonio à prophana hominibus ornatur
 Christus, quem Sacerdotes & seniores ecclesiae ad crucem postulabant.

Elucet autem in exemplo hoc mores principum qui à Dei cognitione alieni sunt, nec illius ti-
 more reguntur. Habent aliquando iustitiam aliquam politicam, & hanc in rebus obseruare nece-
 sariam esse intelligunt. Vbi verò ad singularia descenditur, & causa iusta aduersus eos defendi de-
 bet, qui auctoritate pollent, tunc omne periculum subterfugunt, & ne alicuius odium incurrant, eos
 impiorum libidini permittunt, quos defendere debebant. Imò cum offensas nihil merant in ijs, quae
 ipsorum commodis & affectibus inserviunt, pro bono et iusto ne viliissimi quidem hominibus odium
 volunt incurrere. Quam facile enim Iudeorum fauorem & amicitiam in alijs causis Pilatus negle-
 xerit, multa eius facta crudeliter & iniquissime designata testantur. At idem nunc Christi salutem,
 & suum officium plane contemnit. Fuit huius generis multa haec, maximè tamen, quando Christi
 gloria asseri & propterea causa aduersus veritatis hostes defendi debebat. Sed meminerint omnes isti,
 amicitiam huius mundi inimicitiam esse cum Deo, nec fieri posse, ut Christi serui sint, quicquid homi-
 nibus placere student. At qui Deum sibi inimicum habent, ijs nihil vspiciam tutum vel faustum esse
 poterit, et plerumque sit, ut qui pro Veritate periclitari volunt, tandem velint in rebus inhonestis
 pericula grauissima subeant. Disceamus ergo fortes esse in Domino, qui pro suo nomine periclitantes
 contra omnes insidias facile tuebitur.

Restat ut de Christo quoque dicamus, quid ipse inter haec omnia fecerit. Primò se regem esse fateatur. Quid Christus
 (ut supra dictum est) & simul Pilato omnem scrupulum eximit, docens, regnum suum non esse de secerit.
 hoc mundo, quod facile probat, cum neminem habeat, qui armis & vi aperta causam suam tueatur.
 Quin se non alia de causa in mundum venisse ait, quam ut testimonium ferat Veritati, adeoque ut in
 ipso impleantur, quaecumque olim diuinitus promissa & in typis legalibus adumbrata sint. Quia verò
 Pilatus non facit officium, sed innocentis causam turpiter abs se reicit (ut paulò ante vidimus)
 nullo illum amplius responsu dignatur Dominus, sed aduersariorum calumnias & ipsius Pilati in-
 terpellationes quasi surda aure praeuertit. Quid enim responderet, qui se nihil profecturum esse scie-
 bat, & ita constitutum esse, ut mortem subiret, cuius merito nos redimi oportebat? Facit tamen ad
 nostrae salutis causam hoc Iesu Christi silentium. Tacet ille sicuti olim Isaias praedixerat, ut nobis
 ad Deum clamandi copiam faceret. In illo enim accepimus spiritum adoptionis, in quo clamamus, Isaiæ 53.
 Abba pater. Interim suo exemplo docet, quid nos in simili casu facere conueniat. Interrogati in ge-
 Rom. 8.

Pilatus Christi
 de regno affe-
 ctato interro-
 gat.

Mores princi-
 pum huius sae-
 culi.

Iacobi 4.
 Galat. 2.

Christi silentii
 Rom. 8.

isaie 30.
loam. 14.

nuē fateamur quod verum est, ne vel nostro officio vel aliorum saluti defuisse videamur. Quia
in tales incidimus, qui vel ignavi nos tueri nolunt, vel etiam iniqui nos oppressos cupiunt, p
rem omnem Deo committamus. Tunc enim maxime illud prophete complectur. In silentio & p
fortitudo vestra: nec unquam suis deerit Christus Iesus, cuius vox dulcissima est: Non relinquit
vos orphanos. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A CXXVII.

In festo autem dimittebat eis unum captiuum, quemcunq; postula-
sent. Erat autem quidam qui dicebatur Barrabas, uinctus cum seditio-
nis socijs, qui eadem per seditionem fecerant. Et cum exclamasset tur-
ba, cœpit petere sicut semper fecerat ipsis. Pilatus autem respondit eis,
dicens: Vultis dimittam vobis Regem illum Iudæorum? Nouerat
enim quod per inuidiam tradidissent Principes sacerdotum. Sed prin-
cipes sacerdotum concitauerunt turbam, ut potius Barrabam ipsis di-
mitteret. Pilatus autem respondens, rursum dicit eis: Quid ergo vultis
faciam ei, quem dicitis Regem Iudæorum? Ipsi uero rursum clamaue-
runt: Crucifige eum. Pilatus autem dicebat eis: Enimvero quid mali fe-
cit: Illi autem amplius clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus autem uo-
lens turbæ fatiscere, dimisit ei Barrabam: & Iesum flagellatum tradi-
dit ut crucifigeretur.

Argumentum
& usus præ-
sentis loci.

Quemadmodum Dominus & saluator noster Iesus Christus in sua passionis et mortis lectura
suo exemplo docet, quæ omnibus seculis suorum in hoc mundo fors futura sit, & quid ipsi in
persecutionibus facere conueniat: Ita vicissim in aduersarijs illius apparet, quod sit mundi huius
omnium eorum ingenium, quos Dei cognitio nondum illustrauit: Quorum alij deriuati palam ad-
uersantur, alij uero estis hostes uideri nolunt, illam tamen turpiter nimis suo patrocinijs deserunt.
Et huc faciunt quæ hucusq; de sacerdotibus et Pilato audiuius. Illi enim plus quam belluarum
inflammati Christum omnino occisum uolunt. Hic uero est innocens esse intelligat, tanq̃
pter illum nec periclitari uult, nec alicuius odium subire, sed ad artes conuertitur, & primo ad Her-
odem transmittit Christum, ut causam inuidiæ & odij plenam in illum deriuat. Sed hoc uisum pro-
cis, quod & innocens Christi ex Herodis testimonio magis elucescit, & ipse suam inuicem
maiori cum dedecore prodit, quando eum condemnat, cuius innocentiam tot testimonij sceleris
comprobata. Sequitur enim noua actio, quam eodem consilio, sed euentu infelicio Pilatus
fuit, in qua multa concurrunt, quibus docemur, quanta improbitate falsi artifices Christum
pugnent, & quam frigide eundem defendant magistratus, quos uera pietatis sensus nondum effudit,
quam item infelix sit consiliorum eiusmodi euentus, quæ ex ratione humana potius quam Dei uoluntate
petuntur, si quando ueritas & illius sectatores aduersus impiorum insidias defendi debent. Quæ
ut rectius intelligantur, primo consuetudinem publicam uidebimus, quæ hinc et illatione
dedit: deinde de singulis ex ordine dicemus.

In paschate
unus ex capti-
uis dimitteba-
tur.

Consuetudinem fuisse scribunt Euangelistæ, ut Romanis præses in die festi paschalis ex capti-
uorum numero unum populo donaret, quem ille sibi dari petisset. Fuit autem hic uetus mos, non
dem à Deo traditus, sed ab hominibus superstitionis inuictus, qui præpostera hac misericordia, ut
potius indulgentia, liberationis Aegyptiacæ memoriam honoratiorem reddere, adeoq; Dei iusticia
res uideri uoluerunt, si ille patres ipsorum ex tristi seruitute liberauerat, ita ipsi quoque aliquid
captiuum & mortis reum dimitterent. Et morem hunc Romani illis reliquerunt, ut populo Iuda-
rum faciliore uiderentur. Ita enim mitigari & demulceri solent, quibus amissa libertas daret, quæ
cilius in officio contineantur. Hic uero superstitionis ingenium nobis considerandum uenit, quæ
contenta ijs, quæ à Deo bene & ueriliter instituta sunt, insuper de suo aliquid addere cupit, hoc
dem zelo, sed inconsiderato, & qui ea ferè instituit, quibus Dei instituta uoluntate, & cum illis
conuenit.